

VII.

Release from Sir PETER DE ALTO BOSCO to the House of St. BENNET AT HOLME of all right in the Stewardship of the said House, &c. in consideration of an annual pension of seventeen pounds.

SCIANT præsentēs et futuri quod Ego PETRUS DE ALTO BOSCO miles concessi et relaxavi et quietum clamavi Abbati et Conventui SANCTI BENEDICTI DE HULMO totum jus et clamium quæ habui vel habere potui in senescalia Cenobii SANCTI BENEDICTI DE HULMO quo clamavi esse procurator et dapifer dictæ domus et in hundredo de TUNSTEDE quæ clamavi tenere ab eisdem memoratis Monachis in feodo et in THURGERTONE et in THWEIT et in ANTINGHAM et in SYPEDENE cum omnibus pertinenciis ad hæc prædicta spectantibus unde placitum motum fuit inter nos in curia Domini Regis pro me et hæredibus meis in perpetuum. Concessi etiam et dedi et quietum clamavi dictis Abbati et Conventui in perpetuam elemosinam totum jus et clamium quæ habui vel habere potui in toto tenemento et redditu quæ habui in villa de WESTWYE cum omnibus pertinenciis pro me et hæredibus meis in perpetuum illi et successoribus suis habenda et tenenda libere quiete bene et in pace sine omni calumpnia vel contradictione de me et hæredibus meis in perpetuum. Pro hac autem concessione relaxacione donacione et quieta clamacione dederunt mihi dictus abbas et Conventus septemdecim libras argenti ad uberrimam sustentacionem mee paupertatis in mea senectute annuatim ad duos terminos percipiendas in tota vita mea tantummodo scilicet ad Pentecostes et ad festum omnium Sanctorum. Ita quod nullus hæredum meorum aliquid juris in dictis septemdecim libris post obitum meum poterit habere. Et ut hæc concessio relaxacio donacio et quieta clamacio firma et stabilis perseveret huic scripto in modum Cyrographi confecto sigillum meum apposui.

Hiis testibus, Stephano de Waltone, Stephano et Thoma filijs ejus, Johanne de Ludham, Johanne Pincerna, Roberto de Skeghetone, Galfrido de Crakeforde, Radulpho de Scothowe, Ricardo fratre suo, Adam de Hecham, Johanne filio Warini, Willielmo de Burewde et aliis.

This Charter is intitled, in a contemporary hand, " Quietclamatio Petri de Hautboys de Senescalcia et toto jure quod habuit in Thurgerton et aliis."

The gift to the ancestor of Sir Peter de Alto Bosco of the office of Steward of the Monastery was one of the inconsiderate acts of William Basset, who was abbot of Saint Benedict at Holme in the twelfth century. This is shown in the *Monasticon*, N. E. vol. iii. p. 63 : and the present charter, which seems not to have been previously known, shows for what consideration the house became freed from the inconvenient connection.

It appears by the character, in which something of the style of the preceding century is observable, to belong to the reign of Henry the Third, at the beginning of which I have placed it, finding a Peter de Alto Bosco in the Patent Roll of the 10th of John, and in the Placita in the 15th of John in suit with the Abbey (*Abbreviatio*, p. 91). Under the form Peter de Hautbois and Peter de Aulois his name occurs in the *Testa de Nevil*.

VIII.

Grant by HENRY Duke of Lothier to his nephew MATTHEW DE LOVAINE of the Bailiwick of the Honour of Eye. A. D. 1224—1226.

H. Dei gratia dux LOTARINGLÆ marchio imperii ROMANI universis præsentibus et futuris salutem. Sciatis me ratum fecisse et confirmasse præsentî carta mea MATHÆO DE LOUAIN nepoti meo donum quod dedi et concessi fratri meo GODEFRIDO DE LOUAIN patri suo: scilicet ballivam et custodiam totius terræ meæ in ANGLIA scilicet honoris EYE. Concessi autem prædicto MATHÆO ad se sustinendum in custodia prænominata et balliva, tota demenia EYE et TORENDON cum pertinentibus omnibus ad dicta demenia habendam et tenendam sibi et heredibus suis de me et heredibus meis. Et ut hæc concessio et donatio firma sit et